candinales coronari fecit, quem etiam tunc senatorem
Urbis ~~c~~(con)stituit. Eidem quoque leges circa regimen
regni tradidit, iuxta statuta scilicet regis Wielmi, sub vuielmi.
eodem etiam iuramento ipsum artans circa factum
imperii, quod videlicet nec de eo se ingerere nec
electioni de se facte consentire vel ipsam persequi
debebat, alias ipso facto caderet a iure regni. /
Collecta igitur militia, eodem anno de Urbe recedit,
et in Campaniam versus pontem Cyparim vadit, cypari
ubi est regni initium, quem Manfredus gente et
propugnaculis valde munierat. Sed belli violentia
primo capitur. Simili virtute Sanctus Germanus et
Mons Cassinus accipitur, et diriguntur acies in
Manfredum, qui sese in Beneventum receperat. a) Gibellam, li. del.
~~Et~~ Rex itaque Karulus illi bellum offert; pugnatur
utrique in campo florido in planitie Beneventi; tan-
dem post pugnam acerrimam cesa Manfredi acie,
maxime Theotonicorum, et ipse quoque in bello
occiditur. // Residentia igitur prius facta in Benevento,
eodem anno et sequenti totum ~~occupat~~ (recuperatur) regnum,
quibusdam sponte se offerentibus, quibusdam ~~vi su-~~
peratis; revocantur etiam expulsi per eum, expelluntur
sequaces. // Anno sequenti, id est ~~1266~~ MCCLXVI°, misit rex
Karolus quingentos milites Gallicos in Tusciam cum De Florentia a. K. vot.
milite Guidone Gue~~rra~~(rra) et cum alia militia partis
Gelfe. Et primo de Florentia Gibellinos expellunt,
et ad partem Gelfam quasi omnes de Tuscia se con- De parte Gelfa a. K. vot.
vertunt preter Pisas et Aretium. Interim fit
vicarius in Tuscia Karolus auctoritate pape, vacante
imperio, licet duo fuissent electi, Alfonsus scilicet
et Riccardus. Sed circa hoc tempus Riccardus moritur. //
Eodem anno plurima Saracenorum multitudo ex
Affrica per angustum mare transiens in Hyspanias
recuperandas et magnam (Cotragam) christianorum
ceciderunt, auxilio tamen cruce signatorum christiani
victores fuerunt. // ~~1267~~ MCCLXVII. Anthiocia quoque a soldano
capitur, vastata Armenia, et tam viris quam mulieribus
occisis, in solitudinem redigitur.